



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Canonica Petri secunda continet Capita .III. Monet in ea Petrus credentes tenere fidei veritatem: notat & damnat hæreticorum falsitate[m]: & secundum Christi aduentum describit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

D. DION. A RICK. CAR.

Sobrii estote et vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret, cui resistite in fide. Deus omnis gratia que vocauit vos in aeterna sua gloria in Christo Iesu modicum passus ipse perficit et confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum Amen. Salutate inuicem in osculo sancto.

¶ Canonica Petri secunda continet Capita .III. Monet in ea Petrus credentes tenere fidei veritatem: notat & damnat haereticorum falsitatem & secundum Christi aduentum describit.

¶ Cap. I.



Is qui coaequalem nobiscum sortiti sunt filii dei, gratia vobis et pax adimpleat in cognitione dei nostri, & c. ut efficiamini diuinae consortes naturae, fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem. Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Non indoctas fabulas sequuti, notam vobis facimus domini nostri Iesu Christi virtutem & praescientiam. Accepit enim a deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Non voluntate humana allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt dei homines.

¶ Cap. 2.

¶ Nota in isto capitulo de testimonio Noe et Loth, quod eis apostolus exhibet. ¶ Si deus angelos peccantibus non pepercit & c. Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicii cruciandos reservare, quod dominationem contempnunt, audaces, sibi placentes, pellic-

EPITO. EX EPI. PET. II.

centes animas instabiles. Hi sunt quibus caligo tenebrarum reseruat. Iniqui serui sunt corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Melius erat non cognoscere viam iusticiæ, quam post agnitionem retrorsum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad vomitum, & sus loza in volutabro luti.

¶ Cap. 3. & vlt.

Veniēt in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes et dicentes: Vbi est pmissio aut aduentus eius? Cæli erant prius & terra de aqua et p aquam consistēs dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inūdatus perit. Cæli vero qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt igni seruati in diem iudicij & perditionis impiorum hoim.

Vnus dies apud deum tanquam mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Nō tardat dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Terra autem & quæ in ipa sunt opa exurentur. Cum ergo hæc omnia dissoluenda sunt, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini nostri Iesu Christi, per quem cæli ardentis soluent, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos cælōs & nouam terram & promissa Christi expectamus in quibus iusticia habitat. Propter qd charissimi hæc expectantes satagite imaculati & inuolati ei inueniri in pace.

¶ Canonica Ioannis apostoli. I. habet Capita. V. Testificatur in ea Ioannes de verbo veritatis & vitæ, ad confessionē peccatorū hortatur: affirmās nos dñm Iesum aduocatū habere apud patre. Amore mūdi dissuadet: & ad amorem dei & proximi hortatur.